



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Prudentia Et Cæteris In Confessario requisitis ad ritè
fructuoséque Diuini ministerij sui munera obeunda,
Tractatvs**

Regnault, Valère

Lvgdvni, 1611

Cap. X. De prudentia Confessarij in tranquillando pœnitentis animo agitato
scrupulis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41341

mortis) partim voluntarium, partim inuoluntarium esse dicatur; simpliciter tamen est voluntarium, & secundum quid tantum inuoluntarium, ut D. Thomas habet 1. 2. quaest. 6. art. 6. Et probatur quia est magis voluntarium quam inuoluntarium: cum dicatur, sitque voluntarium efficaci voluntate: id est, ex qua effectus est secutus: inuoluntarium vero ex voluntate inefficaci, seu quae nullum sortita est effectum, velleitalque fuit, non voluntas absoluta. At quod maiori & meliori ex parte tale est, dicitur simpliciter tale, ut Aethiops impliciter dicitur niger, quia maxima ex parte niger est: licet albos dentes habeat, ex quibus secundum quid albus dicitur. Quod si metus grauis aliquando ab obseruatione legis excusat, id fit non quod metus de se tollat voluntarium sufficiens ad peccatum: sed quod legislator non intendat subditos obligare cum dispendio illo graui, de quo concipitur metus grauis & cadens in constantem virtutem.

Id expositum est a nobis in citato lib. 1. cap. 11.

CAPVTV X.

De prudentia Confessarij in tranquillando Pœnitentis animo agitato scrupulis.

SVMMARIVM.

1. Libertinis utiles sunt scrupuli, timoratis perniciosi.
2. Damna quae scrupuli afferunt.
3. Primum aduersus scrupulos medicina, est animae preparatio ad diuinam gratiam, per confessionem Sacramentalem, humilitatem, & timorem Dei.
4. Lectio librorum piorum

piorum est altera medicina ad precedentem disponens.
 5. Oratio cum ieiunio, & alijs bonis operibus, maxi-
 mē autē sacrosanctæ Eucharistiæ sumptio. 3. Aduersus
 scrupulos generalis medicina. 6. Pharmaca ad su-
 beunda aduersus humores iudicium debilitantes si inde
 scrupuli prouenire deprehendantur. 7. Sequi pru-
 dentiorum & bonorum iudicium remedium est aduer-
 sus scrupulos accommodatum. 8. Est item secundum
 idem iudicium, & nonnunquam secundum proprium
 scrupulos impugnare ac repellere. 9. Contemnendos
 esse insurgentes scrupulos. 10. Agendum esse contra
 scrupulos, nec illis per pusillanimitatem cedendum. 11.
 Ratio roborandi animum contra pusillanimitatem.
 12. Ratio qua agendū est cōtra scrupulū. 13. Qualos
 medicina qualibus scrupulis curandis censeantur ac-
 commodata. 14. Duo scrupulorum prima genera, &
 due prima causa eorundem.

R

AT IO, quæ animo scrupulis vexato trā-
 quillitas afferri potest, duplex est: vna
 generalis, seu quæ potest vsui esse in
 omni genere scrupulorum; & altera spe-
 cialis, diuersis scrupulorum generibus accommo-
 data. Illam trademus in hoc cap. & hanc in se-
 quenti.

Medendi
 scrupulis ra-
 tio duplex,
 generalis, &
 specialis.

Præmonendum est autem, iis quidem, qui la-
 xioris sunt conscientiæ, nec perniciosam peccandi
 libertatem (aut potius seruitutem) adhuc à se de-
 pulerunt, vtiles esse scrupulos, qui conscientiam
 ipsorum constringant, vt ad mediocritatem tan-
 dem traducantur. Iis verò, qui non ita laxam ha-
 bent conscientiam, sed puritati in primis dant ope-
 ram, idque omni ope, & studio adnituntur, vt

Domino Deo placeant, vehementer obstant scrupuli. faciunt enim, ut sæpius peccent, quam alioqui peccarent: nam in iis, quæ indifferentia sunt, qui liberiore utitur cōscientia, minus peccat: quia multa ex illis, imò & ex malis aliqua, sæpe sibi licere existimat: unde quia non agit contra conscientiam, sæpe excusatur. Qui verò arctam nimis, & infirmam habet conscientiam, de omnibus ferè dubitans, sæpe agit contra conscientiam suam, quod est peccatum; idèoque frequentius ipse peccat quàm peccaret si liberiore uteretur conscientia.

2. Perturbant præterea scrupuli mirum in modum quietos animos, eisque suavem spiritus dulcedinem, & pacem eripiunt; ita ut plurimum alacritatis, & promptitudinis serviendi Deo, mœrore depereat, atque, cum orandum est, meditandum, legendum, studendum, sese offerentes scrupuli, in rem propositam attentè incumbere non patiuntur. Scrupulis quoque ita sæpe turbatur rationis iudicium, ut mens prorsus hebescat, ac etiam de statu suo dimoveatur, corpus item adeo vehementer commoveatur, ac cerebrum ita agitetur, ut homo interiores suas ineptias exterius prodat, seque aliter ridendum exhibeat, ac inconstans identidem effectus, modò susceptam actionem, ob novum aliquem scrupulum intermittat: modò ob contrariam dubitationem resumat: Itèmq; pusillanimis effectus, si concionandum, vel docendum, vel ad Dei gloriam aliud agendum sit, difficultatibus occurrentibus impugnari se permittens, sic expugnatur, ut nusquam in conspectum hominum venire audeat, reddaturque ad omnia ineptus: qui sine scrupulis multa præclara eniti posset, donis naturalibus,

& pra

& præfidiis plurimis instructus, Quod notatum est à Gersone in tract. de diuersis diaboli tentationibus. Aduersus hæc igitur, & alia grauius incommoda aliquæ animi scrupulosi quasi medicinæ salutare traduntur à D. Anton. *a* & à Caiet. & Syluestro in verbo Scrupulus *b*, & à Nauar. in Enchir. *c* & à Corduben. in quæstionario *d*.

a 1. part. tit. 3 cap. 10. §. 19.

b quæst. 3.

c cap. 27. nu. 282. & nonnullis sequentibus.

d libr. 3. qu. 13. & 14.

Prima scrupulosi medicina est diuina gratia.

Prima est debita præparatio ad diuinam gratiam obtinendam, qua interius foueatur, ac roboretur animus: præparatio autem est, ut idem animus à peccatorum sordibus perpurgetur confessionis sacramentalis quasi scopis. *In animam enim maleuolam non introbit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Sapient. 1. itémque exornetur quasi aulæis, tum humilitatis, quia *Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam.* Iacob. 4. tū timoris Domini, quia *inuium sapientia timor Domini.* Psal. 110. atque ea, quæ ad fructuosè instituendam confessionem requiruntur satis intelligi possunt ex antedictis, si paucis monuerimus pœnitentem in ea facienda, tamquam reum debere curare de peccatis commissis, tum dolorem cum peccatrice rigante lacrymis pedes Domini, Luc. 7. & cum D. Petro flente amarè Matth. 26. Tum pudorem cum Publicano stante à longè, ex cap. Lucæ. 18. Tū demum fauorè cum Niniitis, qui terrore mali impendentis concussi pœnitentiã egerunt, Ionæ 3. tamquã accusatorè verò, & testem debere declarare primò defectus commissos in postrema sua confessione, si quos notauerit examinando conscientiam suam. Deinde verò breuiter & perspicuè declarare peccata omnia, quibus conscientiam habet grauata. Atque breuitatem iuuabit, non modò euitatio superfluum, sed etiã ob-

seruatio ordinis : qui sumi potest ex ordine præceptorum decalogi, dicendo prima loco quo reduci possunt ad primum præceptum decalogi, & sic de cæteris. Ad perspicuitatem autem requiritur, vt vitentur ambages verborum, & peccata sic declarentur, vt Confessarius possit intelligere quæ, & qualia sint, quàmque graua : expositis specie, & numero eorum, atque circumstantiis ea notabiliter aggrauantibus, quales non rarò occurrunt prauorum affectuum, ex quibus aliquid dictum, vel factum, vel concupitum vel omissum fuerit contra legem æternam.

De humilitate in confessione adhibenda.

De humilitate verò, illud paucis monendum est, ex parte quidem intellectus requirere, vt habens firmiter persuasum te imbecillum esse ad omne bonum inchoandum, & perficiendum: nisi gratia Dei te anteuertat, & manu ducat: iuxta illud Domini Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere*, & illud Sapientis Prouer. 16. *Cor hominis disponit viam suã, sed Domini est dirigere gressus eius*. Ex parte verò voluntatis requirere, vt soli Deo optes gloriam, & honorem, teque coram illo posternas toto animo, & affectu ad instar seniorum, qui ex cap. 4. Apocalypsi. *Adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas ante thronum dicentes, dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem*. Atque inter cætera ad eam acquirendam mirificè iuuare, si nobis ob oculos ponamus vitam Christi, & mores Sanctorum iam cum ipso regnantium: facta enim illorum cum nobis comparatione, facile perspiciemus, quàm longè à Christiana perfectione absumus, & quantum ad eam cõsequendam egeamus speciali Dei auxilio.

De

De timore autem Dei, monendū est ipsum con-
feruare eam mundiciam quæ per Sacramentalem
confessionem acquiritur. Nam (iuxta illud, Psal. xlii,
*Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius vo-
let nimis.*) Continet animam in obseruatione diui-
norum mandatorum: instar calcaris vrgens eam, ad
executionem bonorum, quæ Deus præcipit: & in-
star freni, retrahens à perpetracione malorum, quæ
Deus prohibet. Illum verò foueri in animis no-
stris in primis consideratione nouissimorum, idest,
mortis, & supremi iudicij, æternorumque suppli-
ciorum: adeo vt illa, cuius meminimus, conserua-
tio mundiciei animi, tribuatur tali considerationi,
cū dicitur, Ecclesiastici 7. *In omnibus operibus tuis
memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.*
Quibus adde cū Caietano in summula verbo scrupulus,
illum non disponere se, vt par esset ad obtinendum
aduersus scrupulos supernaturale auxilium, qui peccata
(etiam tantum venialia) parui pendit: quoniam non est
mirum, illi deesse Anglicam custodiam ad perseuerandum,
qui sibi deesse parui pendit.

Secunda medicina est sacra lectio; ad quam D. 4.
Paulus hortatur discipulum suum Timotheum in
priori epist. cap. 4. inquit: *dum venio attende lectio-
ni.* Quamuis autem per lectionem sacram, præcipue
intelligatur lectio librorum sacre Scripturæ
diuinitus inspiratæ: eo tamen nomine hîc etiam
intelligitur lectio aliorum librorum piorum, ab Ec-
clesiasticis doctoribus conscriptorum, ad rectam
morum informationem; propositâ in exemplum
Christi, & Sanctorum vitâ, traditisque documen-
tis vtilibus ad illuminandos mentis oculos, vt in

Timor Dei
conferuat
cordis mû-
ditiam.

Secūda me-
dicina con-
tra scrupu-
losos est sa-
cra lectio.

agendis certant vitij turpitudinem, & virtutis honestatem, ac dæmonis in fallendo versutiam, atq; varias: additis considerationibus accommodatis inflammandæ voluntati, ad tenendam constantem angustam salutis viam. Quæ medicina precedentem disponit ad effectum suum consequendum. Non est autem temerè vsurpanda, sed cum ea moderatione, vt delectus librorum habeatur iuxta cuiusque captum, & ægritudinem animi; neque delecti legi debent cum curiositate discendi, sed cum desiderio bene agendi; quoniam illo modo lectos non iuuare, obseruatum esse experientia monet. D. Aug. in lib. de opere monach. c. 17.

5. Tertia medicina est deuota oratio, quam D. Antoninus notat valere præcipuè ad tollendos scrupulos, prout proueniunt ex tentatione diaboli, nam quod diabolus in lunatico sanato à Christo, Matth. 17. corporaliter gessit, quandoque in igne, & quandoque in aquam illum proiciens: idem spiritualiter gerit in scrupuloso, eum transferens ex vno scrupulo in alterum contrarium. Quare quod ibidem Dominus dixit: *Hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione & ieiunio*, locum habere potest in eiectione dæmonis agitantis animum scrupulis; ita vt merito deuota oratio ponatur inter scrupulosorum medicinas. Requirit autem deuota oratio, vt efficax sit: primò vt nihil Deo indignum in ea petatur: quale est quid turpe, aut vitale non relatum in debitum finem. Secundò vt fiat per Christum, id est, vt non petamus, quasi fulti nostris meritis, sed meritis Christi: per quem, vt ait Apostolus, ad Ephes. 2. *habemus accessum ad patrem*. Tertiò, vt fiat cum animi auersione à peccato, iuxta illud

Deuota oratio
tertia
scrupulosi
medicina.

Ad deuotam
orationem
quæ requiritur.

illud Psalm. 65. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* & illud, *Isai. I. Cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam, dicit Dominus: quia manus vestrae plene sunt sanguine.* Quartò, vt cum fiducia petamus, nihil hæsitantes, ex cap. I. epist. D. Iacobi. Humiliter enim confidendum est Deum daturum, quod petimus, si nobis expediat. Quintò, vt feruenter, & perseueranter petamus, quod iudicatum est à Domino per parabolam de eo qui media nocte ab amico petiit commodato tres panes, quos prius recusatos obtinuit perseuerans pulsando, & petendo, Luc. II. Ad orationem autem rectè adiungi ieiunium satis indicant citata Domini verba. *Hoc genus demoniorum non eijcitur nisi in oratione & ieiunio.* Similiter e rectè adiungi alia bona opera, tam propria, quàm aliena, dubitari non potest; inter quæ meritò commendatur in primis frequentatio sacrosanctæ communionis, quæ præter cætera, quæ homini adfert commoda, robore spiritali complet animum ipsius: prout mysticè significatum est, 3. Reg. 19. per panem subcineritium, *in cuius fortitudine Elias ambulauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus;* virèsq; diaboli tentantis eneruat, vt indicatur per illud, Psalm. 22. *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me.*

Quarta medicina sunt Pharmaca, quæ ab arte medicinae præscribuntur aduersus melancholiam, & alios humores iudicium debilitantes: siquidem scrupuli inde prouenire deprehendantur. In quam sententiam D. Antoninus dictum accipit illud Ecclesiastici 38. *Altissimus creauit de terra medicinam, & vir sapiens nõ abhorrebit illam,* admonens tamen non

6. Pharmaca sunt etiam scrupulosi consulenda.

non expedire ad conscientia sanitatem, medicina-
liter in omnibus viuere: cum (vt ex D. Ambrosio
habetur in cap. contraria. de consecr. distinct. 9.)
Contraria diuinae conditioni sunt praecpta medi-
cinae, quae à ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt,
ab omni intentione meditationis abducunt: ita qui
se medicinis dederit, seipsum sibi abnegat.

7. Quinta medicina quam Gerson frequenter in-
culcat in tertia parte suorum operum, vt in lib. de
vita spirituali animae f, in tract. de meditatione g, &
in tract. eo remediis contra pusillanimitatem h, &
tract. de diuersis tentationibus i, & contra profes-
sum inobedientem k, est iudicio sapientiorum &
bonorum, etiamsi praelati superioresve non sint,
suum iudicium humiliter subiicere. Ea autem huius
sensus habet, vt Cordubensis exponit l: vt ser-
pulosus debeat exercendo humilitatem Deo ac-
ceptissimam, valdeque meritoriam subiicere suum
iudicium: non solum obedientiae, iudicioque suo-
rum superiorum, sed etiam sapientiorum, & bo-
norum virorum; & secundum illud, quantum-
cumque sibi aliud videatur, captiuando intelle-
ctum formare conscientiam, quod liceat sibi
agere quod illi iudicant licere. Nam quamuis, ut
quidem ad imperium superioris, liceat alicui
modo illud agere, quod aperte cognoscit illicitum
esse: illud tamen de quo dubitat, nec sibi satisfacere
potest, agere ei licet deposita dubitatione, &
tuta conscientia sibi firmata ex superiorum, aut
aliorum sapientiorum, ac bonorum consilio. Ra-
tio est, quia cum nobis non sufficimus, rationabile-
liter confugimus ad sapientiores, & eos sequimur
quemadmodum indicat scriptura, cum vna ex par-

f lect. 4.
corol. 8.
g Alphab.
68. lit. p
h Alphab.
69. lit. e
i Alphab.
71. lit. e
k Alphab.
71. lit. a b
l in cit. qu.
14. versu.
Quintus
modus.
Serupulosi
alterius
quam non
superioris
iudicio suū
subiiciunt.

re admonet, Prouerb. 3. *Ne inuitaris prudentia tua:*
& ex altera, Tobia 4. *Consilium semper à sapiente*
perquire. Et certè qui hanc medicinam respueret,
cæteris fructuosè uti non posset: quia in moralibus
omnia particularia debent ex generalibus regulis
dirigi secundum iudicium prudentiæ, seu viri do-
cti, ac bene ad ipsa particularia affecti: in quo vsu
tuti sunt in primis religiosi qui obligantur suis su-
perioribus in dubio obtemperare: vt rectè virget
Gerson aduersus professum inobedientem ex ver-
bis Domini, Luc. 10. *Qui vos audit, me audit, &*
qui vos spernit, me spernit: & vt idem habet in lib. 4.
de consolatione Theologiæ m, religionum insti-
tuendarum principalis causa, fuit authoritas regi-
minis, cui magis obedientia præstaretur quàm pro-
pria rationi: quæ in plurimis valde dubia est, debi-
lis, & incerta.

Sexta medicina, quam multis etiam locis in 3,
parte Gerson habet vt in tract. de meditatione n &
in tract. de remediis contra pusillanimitatem o, &
in tract. de diuersis diaboli tentationibus p, & in
tract. de remediis contra spiritum blasphemie q, est
animosa impugnatione, & repulsio scrupulorum ac
pusillanimitatis, hominem his obnoxium facien-
tis. De qua repulsione (ei accommodantes illud
Isaia 35. *Dicite pusillanimes, confortamini, & nolite*
timere) duo post eandem Gersonem & D. Anto-
ninum, Syluester, & Cordubensis tradunt r, vnum
est illam debere fieri ex aliorum consilio, quorum
iudicio præcedens regula præscribit suum submit-
tere. Quamquam tamen (vt Syluester addit, &
Cordubensis approbat) quisque eam tuta cõscien-
tia facere potest ex proprio consilio, quando pro-
babilem,

m prosa 3.
lit. h

8.
n Alphab.
68. lit. p.
o Alph. 69.
lit. vltima.
p Alph. 70.
lit. q
q Alph. 71.
lit. n o p.

r locis cit.

babilem, sufficientemque rationem habuerit, quod ita facere possit, quodque ipse (maximè si doctus sit) ita alteri consuleret in simili negotio, nam tunc quoque ageret cum morali certitudine, quod sufficit ad excusationem à peccato. Alterum est talis repulsionis modum esse; præuio iam dicto cū prudenti consilio, tum contemnere scrupulos, tum etiam contra eos agere. Contemnere quidem, quia ut ex eodem Gerone, D. Antoninus habet mille surgunt apud aliquos scrupuli, more canum oblatrantes, & lacerare minantes eos, qui uolunt ire per uiam Dei: quos conuincere, & compescere melius, quàm per contemptum nequeas. Et ratio est: quia sic surgunt operante diabolo, qui, ut ex D. Gregorio addit D. Antoninus, similis est myrmicoleoni, qui cū insidietur formicis, ipsasque occidat (unde & nomen accepit) ceterorum animalium grandiorum pedibus conculcatur, & atteritur. Diabolus enim eos, qui pusillanimes sunt, & ad ipsius insultus facillè pauent, quasi formicæ hærentes animo, scrupulis obiectis, solet obruere. Dum enim cogitationem non auertunt à re de qua scrupulus inuicitur (ut Caietanus in uerbo scrupulus obseruat) ex illo uno scrupulo multi sequuntur, non secus ac in lateribus ordinatè hærentibus, mox uno, alij cadendo sequuntur, ita ut animum ipsorum in quem cadunt, facillè obruant. Ab iis uero, qui iuxta D. Petrum in 1. sua epist. cap. 5. illi resistunt fortes in fide, contemptus, & quasi pedibus ipsorum prostritus, aufugit iuxta illud, D. Iacob. cap. 4. *Resistite diabolo, & fugiet à uobis.*

10. Contra scrupulos autem oportet agere, quia, ut qui nauigare non audet, cū sapius superato illo

Diabolus
 similis est
 myrmico-
 leoni.

timor
 nauig
 etiam
 sine tir
 iterum
 ponit
 percip
 bus an
 mus a
 reddit
 feruit
 addere
 lum,
 notat
 nimita
 extra f
 rum su
 inanem
 quam
 le, post
 ferunt,
 malint
 prodire
 Rob
 tatem,
 quem
 dere re
 opposi
 facere
 agend
 in parte
 auctori
 rus t, v
 timor

timore nauim conscenderit, & maria tranauerit, navigationis pericula amplius non pertimescit. Ut etiam qui sub trabe aliqua vel saxo pendente transire timet, etiamsi alios transire videat, vbi semel, iterumque, ac tertio transit; metum omnem deponit: ita qui sapius audacter contra scrupulos agit, percipit se tandem nullo modo moueri iis, quibus antea terrebatur. Roborandus est igitur animus aduersus pusillanimitatem, quæ hominem reddit obnoxium scrupulis, in iisque ingerendis feruit diabolo, qui proinde eam fouet, eique vires addere solet in homine pauido, obiectu naturalium, quos patitur, defectuum: quemadmodum notat Gerson in tract. de remedijs contra pusillanimitatem s: vsque adeo, vt interdum faciat ipsum extra se esse, nisi que fortiter resistat, semel, aut iterum superatus vix deinde possit curari, adducive ad inanem timorem deponendum. Et ita nonnumquam notantur aliqui eò pusillanimitatis deuenisse, postquam dæmoni difficultates obtrudenti cesserunt, oppugnatique se expugnari permiserunt, vt malint quiduis potius perpeti, quam in publicum prodire ad docendum, vel aliquid simile agendum.

Roborandi autem animi aduersus pusillanimitatem, prædicti auctores rationem hanc tradunt, vt quemadmodum is, qui vult lignum curuum red- dere rectum, debet ipsum retorquere in partem oppositam ipsum curuando: ita qui vult rectam facere conscientiam scrupulis distortam, debet agendo contra eosdem scrupulos, eam inflectere in partem oppositam. Istud est quod tum ex iisdem auctoribus, tum ex alijs quibusdam habet Nauar- tus, vtile sanctumque esse scrupulosos frequenter,

Roborandus est animus contra pusillanimitatem.

loc. cit.

ad cap. Si quis autem de pœnitent. dist. 7. num. 6 s.

&

cuiusque morbi causam. Vnde si scrupuli causa sit aliquod argumentum, seu ratio: ad curationem illius adhiberi poterit quinta medicina, ante tradita de sequendo iudicio prudentiorum. Si verò causa scrupuli sit corporis malè affecti, ac cerebri propterea perturbati vitium: is sanandus est remedio quartæ medicinæ ante traditæ, hoc est, remedio pharmacorum, & aliorum, quibus curatur corpus. Sin autem sit tentatio diaboli, applicanda est tertia medicina deuotæ orationis: vt iam ex D. Antonio attigimus. Sin ex consuetudine virorum, aut lectione librorum scrupulosorum; ab vtraque abstinendum est. Sin ex ignorantia, legendum, conferendum, consulendum, ac prudentioribus obtemperandum. Sin ex inconstantia in rebus agendis, affuescendum id, quod semel rectè deliberatum fuerit constanter exequi, nihilque dubitatione contraria moueri: quod est in remedium sumere sextam medicinam ante traditam: cui ne desit moderatio ex Nauarro addita cauendum est; talliumque scrupulosorū Confessario danda est opera, vt non timidè, sed fidenter, absolutèque illis præcipiat id, quod est agendum. Nam si medicus medendo vacillauerit, non poterit esse in agrotosecuritas: siquidem iuxta cuiusdam Poëtæ dictum: *Dubiam salutem qui dat afflicto, negat.* Sin autem ex vehementi imaginatione oriatur scrupulus; auertenda est ab huiusmodi cogitatio, & paulatim desuescenda phantasia, vt non ita laxis habenis feratur, nosque nolentes rapiat: si denique ex nimia sollicitudine cauendi omne id, quod malum est, aut indiscreto puritatis studio, vel inordinato Dei timore: considerandum est nos non posse sine spe-

Q

ciali Dei auxilio bene agere, ac magna ex parte tales scrupulos ex eo oriri, quòd nimium nostris viribus fidamus, nec diuinam opem satis imploramus, nec ad ipsius misericordiam satis attendamus, illudque minimè expendamus, nec Deum tyrannum esse, nec nos esse angelos.

14. *Scrupulorū varietas.* Iam cum scrupuli sint varij: & eorum quidam pertineant ad ea quæ facta sunt: quidam verò ad ea quæ facienda sunt: illis prioribus solet homo præsertim vexari, eo quòd sæpe inter sensum, & consensum nequeat satis distinguere: vnde fit, vt in multis sic angatur, vt se putet tunc mortaliter peccasse, cum nullum peccatum admisit: suspicans, nimirum se non solùm sensisse, sed etiam consensisse; vt cum passus turpent cogitationem, turbatur, quòd se in eam consensisse existimet: quam turbationem dæmon videns, conatur quantum potest eam augere. Posterioribus verò scrupulis vexatur homo, vno ferè modo: dum nimirum habet omnia suspecta, ideòque non agit liberè, sed trepidat ignorans, an id quod agendum est, peccatum sit, necne: quod quidem non tantùm ignaris, sed etiam doctis solet interdum accidere; qui sciunt quidem in genere iudicare quid sit, vel non sit peccatum; quid peccatum mortale, & quid tantùm veniale, imò & in particulari tale iudicium quoad alios ferre sciunt: sed quoad se, ac suas actiones singulas, eadem libertate vti non possunt, vnde & ipsi turbationes, non secus ac ignari patiuntur, siue in loquendo, siue in agendo: dum subinde suspicantur in verbis suis inesse vel mendacium, vel detractiōnem: & in factis defectum debitarum circumstantiarum.

CAPVT